

724.

1281 d. 13 Jul.

Alsnö.

Kon. MAGNUS Is Förläning af en jordlott till Prosten PETER.

A. 6. a. 1: 25.

MAGNUS dei gracia sweorum gothorumque Rex, Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino, Tenore presencium notum facimus vniuersis, Quod nos probo viro dilecto nobis domino petro preposito de thørh, vnam horam terre, in villa wegyærghirh, quam possedit dominus nicholaus michyælsun jure hereditario conferimus ac perpetuo possidendam In cuius testimonium sigillum nostrum est appensum presentibus ad euidenciam pleniorum, Datum alsnø anno dominj. M°. CC°. LXXX° primo. tercio Jdus, Julii.

Sigillet, med den ur brevet klippta remsan, bortfallet.

725.

1281 d. 29 Jul.

Söderköping.

Kon. MAGNUS Is Bekräftelse och utvidgning af Presterskapets Privilegier.

A. 7. a. 1: 8. \*)

Omnibus presentes litteras inspecturis Magnus dei gracia Sweorum Gothorumque rex salutem in domino sempiternam. Deo auctore terreni regni fastigium quod nobis a celesti maiestate traditum esse recognoscimus sic gubernare intendimus sic animos nostros ad dei omnipotentis adiutorium erigere. Vt neque armis neque militibus nostris. neque bellorum ducibus aut nostro ingenio confidamus. sed omnem spem nostram ad solam principaliter referamus summe prouidenciam trinitatis. Cui non in fortitudine equi uoluntas nec in tibiis uiri beneplacitum sed sperantibus in misericordia eius sue uirtutis magnitudinem donare & consummare potest res penitus desperatas quas siquidem <sup>1)</sup> gracias sibi exhibere debeamus nec mens nostra potest concipere nec lingua referre. Cum a potentibus inimicis & uariis insidiis ipsius sola gracia sumus actenus liberati & omnem sollicitudinem nostram in ipsum probicientes firmam spem fiduciamque gerimus nos adhuc suo auxilio posse pacem nostris subditis uoluntariis laboribus quos assumpsimus preparare. Ea propter dignum ducimus ipsum in omnibus precipue tam in rebus quam in personis <sup>2)</sup> uenerari suo obsequio peculiariter deputatis. quos <sup>3)</sup> operis sui & ouilis uicarios preesse uoluit & pastores sane cum sicut digne a memoria non excidit prius in nostra coronacione omnes possessiones ecclesiasticas in regno nostro a causis omnibus & iuribus regalibus reddidimus liberas. Ita tamen quod bona que deuoluerentur ad ecclesiam post prouinciale concilium cui telghis <sup>4)</sup> cum uenerabilibus patribus domino archiepiscopo upsalensi & suis suffraganeis in-

\*) Finnes äfven A. 7. a. 1: 9. i original med bortfallet sigill och följande olikheter: 1) laudes aut tills. 2) ecclesiasticis tills. 3) fidei domesticos ac tills. 4) personaliter tills.

terfuimus cum suis oneribus <sup>1)</sup> transferentur. Dignum arbitrati sumus in festo coronacionis predilecte coniugis nostre circa predicta bona <sup>2)</sup> nostra beneficia cumulare. Que enim differentia inducitur quare honoris prerogatiuas sibi a deo collatas quas nobis iungunt lex thorus & affectus maritalis nostras non debeamus in omnibus & per omnia reputare. Indulsumus itaque tunc temporis indulgentia perpetuo <sup>3)</sup> in posterum ualitura ut omnes ecclesie & ecclesiastice persone in regno nostro constituti sub nostra protectione manent plena securitate gaudentes. Acerbissima contra transgressores nostra uindicta procedente concedimus eiam eisdem omnia bona sua mobilia & immobilia que ecclesiarum nomine possidentur siue fuerint ecclesiarum cathedralium siue inferiorum <sup>4)</sup> ecclesiarum cum familiis <sup>5)</sup> in eisdem commorantibus siue per uillicos regantur siue per colonos siue per inquilinos. siue eiam per noualium excultores ab omni iure regio & a causis omnibus <sup>6)</sup> regalibus solutionibus quoque uelgariter dictis. Skipwist <sup>7)</sup> Spannemal. ætergiald. ledhogxlamæ ac taliis muneribus exactionibus omnibus seu quibuscunque tributis rebus uel personis impositis uel imponendis quibuscunque nominibus censeantur ac si specialiter & nominatim essent expressa libera penitus & exempta. Quod generaliter accipi & intelligi uolumus eiam de illis que ecclesiis post dictum concilium accesserunt iuris communis obseruando tramite de postmodum acquirendis. Quascunque igitur causas pecuniarias in dictis bonis emergentes ab episcopis & eorum officialibus exigi uolumus & recipi uoce cuiuslibet alterius preterclusa eiam si transgressores aliqui apparuerint regii iuramenti huiusmodi tamen paci & <sup>8)</sup> communioni regni <sup>9)</sup> nullatenus restituantur nisi hii contra quos deliquerant intercesserint pro eisdem. si uero contingat aliquos <sup>10)</sup> bona ecclesiastica in parte & in parte bona propria aut alterius alicuius priuate persone <sup>11)</sup> pro rata honorum que tenet ab ecclesia teneatur personis ecclesiasticis respondere. de iuribus & causis omnibus supradictis <sup>12)</sup> & in reliquis regi qui pro tempore fuerint <sup>13)</sup> se in omnibus recognoscant & intelligant debitores. Datum sudurcopie. Anno. M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.LXXXI<sup>o</sup>. die coronacionis predicta dilecte coniugis nostre. Videlicet beati Olawi regis & Martiris.

Sigillet bortfallet.

726.

1281 d. 3 Aug.

Konungens Broder BENGETS Bref rörande försäljningen af gods på Wikbolandet i Östergötland till Biskopen i Linköping.

A. 3. o. 1: 10.

Omnibus presentes litteras inspecturis. B. frater regis sweorum jllustris salutem in domino sempiternam. Quoniam venerabili patri domino hend-

1) honoribus. 2) dona. 3) perpetuo *utesl.* 4) inferiorum *rätteligen.* 5) famulis. 6) omnibus *utesl.* 7) skyphwister spannemalæ, ettergiældh, ledonxlamæ, ac tallijs, muneribus, exactionibus 8) uel 9) regni *utesl.* 10) inhabitare *tills.* 11) persone *utesl.* 12) supradictis *utesl.* 13) fuerit *rätteligen.*